cum filius diceret non eſſe ſibi ex eo ꝑlio fugienduꝫ in quo
pr̄ periclitaturus eſſet. Ego inquit fili multꝭ rebꝰ clariſſime
geſtis. nec mori ſine glīa. nec fugere ſine dedecore poſſum.
te nunc militare incipientem. nec fuga infamem. nec mors
claꝝ faciet. Sed cū filium plus pietas quā cōmonitio pa-
terna moueret. cohortatis ſocijs vt forti animo pugnā re-
integrarent teſtitudine ſuoꝝ facta in hoſtes qui nunquam
munitōes caſtroꝝ exire ꝑſumpſerāt audacibꝰ inuectus ani
mis haud paruem illoꝝ ſtragem edidit. Sꝫ cū hoſtes par
tim loco partim tormentꝭ ac numero militū ſuꝑiores eēnt.
et iam crus Talboto lapis e tormēto miſſus arrupiſſet. ce-
ſis maiori ex ꝑte ſuis. ⁊ ipē tandem cū duobus filijs altero
legittimo. altero extra matrimoniū nato ⁊ vno genere pro
cumbens cecidit. hic poſt ſumptas ex hoſte victorias cla-
riſſimi viri exitus fuit. quem Britonū potiſſimum ꝯſtantia
et audatia ꝯſtrauit. Burdegala iteꝝ in ꝑtate regis facta ē
Britannie ducem eius germanū q̄ nunc rex potit̄ cuꝫ diu
ſobole caruiſſet votū vouiſſe ferunt liberos ſi ſuperi darent
p̄ores duos. alteꝝ minoꝝ alterum p̄dicatoruꝫ religione cō
ſecraturum. Exin voti cōpotem primum qui ſibi natus eſt
Franciſcum appellauit. Scdm Dn̄icum. Natꝰ eſt ei ⁊ ter-
tius filius quem in Angliā nutriendū miſit. Is cū mortuo
p̄re in Britanniā Frāciſco regnante rediſſet ab eo captus
et in carcere necatus eſt. fama eſt eū cum neci traderet̄ Im
pietatem fratris accuſando q̄ non ꝯtentus regnū ſibi debi
tum occupaſſe. Sed animā quoqꝫ ſibi nepharꝰ aufferret.
Frāciſcum coram diuino iuditio de patricidio reſponſurū
infra annū citaſſe. Ob quā rem cum infra p̄finitū tempus
Frāciſcus idropi laborans obijſſet vt eſt religioſa gallorū
natio. correctū eū diuina cenſura vulgo creditū ē. Dn̄icus
ei ſucceſſit qui cuꝫ hoc annis ſine liberis deceſſiſſet. Arturū
Francorum militie principem patruum ſuum ſucceſſorem
habuit. non minus prudentia quaꝫ annis grauē Karolus